DISS. POLIT. DE PEREGRINATIONE

Johann Paul Felwinger, Johann David Vogel

DISSERTATIO POLITICA
DE
PEREGRINATIONE

QVAM
Divinâ favente Clementiâ
Sub
PRÆSIDIO
DN. M. JOH. PAULI FELWINGERI,
IN FLORENTISSIMA NORICORUM ACADEMIA,
POLIT. METAPH. ET LOG. PROF. PUBL.
CELEBERRIMI.
DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI
OMNI OBSERVANTIÆ NUNQUAM INTERMORITURÆ CULTU DEVENERANDI.

Publici Exercitij gratiâ pro virili defendere conabitur

JOHANNES DAVID Vogel/
NORIMB.

AD DIEM III. MENSIS ~~APRILIS~~ Maj.
ANNO SALUTIS
M DC LXII.

ALTDORFFI
Typis exscripsit GEORGIUS Hagen/ Universitatis Chalcographus.

DISSERTATIO POLITICA
DE
PEREGRINATIONE

QVAM
Divinâ favente Clementiâ
Sub
PRÆSIDIO
DN. M. JOH. PAULI FELWINGERI,
IN FLORENTISSIMA NORICORUM ACADEMIA,
POLIT. METAPH. ET LOG. PROF. PUBL.
CELEBERRIMI.
DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI
OMNI OBSERVANTIÆ NUNQUAM INTERMORITURÆ CULTU DEVENERANDI.

Publici Exercitij gratiâ pro virili defendere conabitur

JOHANNES DAVID Vogel/
NORIMB.

AD DIEM III. MENSIS ~~APRILIS~~ Maj.
ANNO SALUTIS
M DC LXII.

ALTDORFFI
Typis exscripsit GEORGIUS Hagen/ Universitatis Chalcographus.

DISSERTATIO POLITICA
DE
PEREGRINATIONE

QVAM
Divinâ favente Clementiâ
SUB
PRÆSIDIO
DN. M. JOH. PAULI FELWINGERI,
IN FLORENTISSIMA NORICORUM ACADEMIA,
POLIT. METAPH. ET LOG. PROF. PUBL.
CELEBERRIMI.
DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI
OMNI OBSERVANTIÆ NUNQUAM INTERMORITURÆ CULTU DEVENERANDI.

Publici Exercitij gratiâ pro viriii defendere conabitur

JOHANNES DAVID Vogel/
NORIMB.

AD DIEM III. MENSIS ~~APRILIS~~ Maj.
ANNO SALUTIS
M DC LXII.

ALTDORFFI
Typis exscripsit GEORGIUS Hagen/ Universitatis Chalcographus.

VIRO

Maximè Reverendo, Amplissimo, Clarissimo atq; Excellentissimo

DN. EZECHIELI LUDOVICO VOGELIO,

Cæsareæ Majestatis LEOPOLDI, &c. Imperatoris Invictissimi. Sacellano Ordinario, benè Meritissimo, &c. Necnon Serenissimi Principis ac Domini, DOMINI LEOPOLDI GUILHELMI Archiducis Austriæ, Consistorialis Battaviæ sub Aniso, &c. Consiliario Gravissimo, longeque Laudatissimo, &c.

UT ET

Amplissimo, Spectatissimo, Prudentiâ & Auctoritate Integerrimo

VIRO

DN. NICOLAO VOGELIO, Serenissimi ac Potentissimi Ducis Electoris Bavarici, &c. Præfecto Aulici Xenodochii ut Dignissimo, ita Fidelissimo, &c.

NEC NON

VIRO

Clarissimo, Spectatissimo atq; Doctissimo

DN. LUDOVICO VOGELIO, Cæsareæ Majestatis, Sacrique Romani Imperii jurato publico, & Legali Notario, &c.

Illis DNN. Cognatis, summo semper Reverentiæ cultu prosequendis.

Huic DN. Parenti, filiali honoris & amoris genere æternùm devenerando.

Exercitium hocce Politicum

in debitæ Observantiæ signum, & sui, studiorumque suorum ulteriorem Commendationem,

Dat, Dicat, Dedicat

JOHANN DAVID VOGEL.

B.

Σὺν Θεῷ Τριάδι !

DISSERTATIO POLITICA
DE
PEREGRINATIONE.

§. I.

NE statim in limine peregrinationis nostræ erremus, ignorando quid Peregrinari significet, ejus variam acceptionem evolvamus, ut, in qua significatione nobis veniat, cognoscamus, quidque tandem sit, quomodo, cur, & in quem finem instituenda, quibus mediis opus sit, & quæ in eadem observanda, intelligamus. Quæ omnia, ut faciliori methodo à nobis tractentur, in tria dispescamus Capita, quorum Primum proponat ea, quæ sint necessaria peregrinatori, antequam ineat peregrinationem: Secundum ea, quæ in ipsa peregrinatione notanda: & Tertium, quæ peregrinatione absolutâ, observanda.

CAPUT I.
Tractans ea, quæ sunt necessaria ei, qui vult peregrinari.

§. I.

CUM à peregrinari, peregrinus, tanquam casus, descendat, sive conjugatum ejus sit; at verò peregrinatio aliquando

quando tàm latè accipiatur, ut quilibet dicatur peregrinari, qui quavis de causa de loco suo natali, in alium abit: Item ille peregrinus esse dicatur, qui Civis Romanus non est, vel talis deportatione esse desiit, *l. 1. C. de hæred. Instituend.* aliquando in strictiore significatione, peregrinari is dicitur, qui peregrinis in agris, per loca nota, aut ignota, extra soli patrii fines, Rerumpublicarum perlustrandarum, atque omnium earum rerum causâ, quæ ad amplificandam prudentiam civilem faciunt, vagatur. In qua significatione hic accipitur, & definiri potest: *Studium perlustrandi exoticas terras & insulas, à studioso idoneo suscipiendum, ad artem, vel ea acquirenda, quæ usui & emolumento, patriæ, Reip. & amicis, ac sibi ipsi esse possunt.*

II. Antequam autem hanc definitionem explicemus, cum multi sint, qui omnem interdictam esse cupiunt peregrinationem, prius, *An peregrinari quis debeat*, tractabimus. Qui peregrinari prohibent, autoritate *Lycurgi*, Lacedæmoniorum Legislatoris nituntur, quem dicunt lege caviisse, ne Lacedæmonii peregrina loca adirent, nec etiam advenæ in Urbem reciperentur, illi, ne diversos mores inveherent; hi ne alicujus noxæ doctores forent. Pari penè ratione usi sunt *Athenienses*, nisi quod Plato eam permiserit solùm Senioribus, quos post ex peregrinatione redeũtes in cœtum aliorum non admisit prius, quam probati fuerint, & innoxii.

III. *Chinenses* nullam admittunt suorum peregrinationem, quos imitantur *Moscovita*, qui hoc ipsum pro arcano Regni sui habent. Sic peregrinationem reprehendisse fertur *Socrates*, quod nihil conferret. Cui succenturiatur *Seneca, Epist. 104.* quando ait: Quid per se prodesse peregrinatio cuiquam potuit? Non voluptates illa temperavit, non cupiditates refrænavit, non iras repressit, non in domitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non judicium dedit, non excussit errorem: sed ut puerum ignota mi-

mirantem, ad breve tempus rerum aliquâ novitate detinuit. — Inter ſtudia verſandum eſt, & inter autores ſapientiæ, ut quæſita diſcamus, nondum inventa quæramus. Sic eximendus animus ex miſerrima ſervitute: in libertatem aſſeritur.

IV. Ex hac cauſa, ſunt, qui omnem improbant peregrinationem, cum illa omnia, quæ diſcere peregrinando cupimus magno periculo, & immenſis ſumptibus, imò penè totius patrimonii conſumtione, facilius, tutius, majori quiete, imò certitudine quoque domi cognoſcere queamus, ſi bonos autores ſtudioſè percurrere & perluſtrare velimus. Nam hodiè, peragrato toties orbe, deſcriptiſque, ac depictis, quæ uſpiam eximia, nemini ſubſidiorum ac inſtrumentorum copia deeſſe poteſt. Si linguarum exoticarum notitiam peregrinando acquirere cupis, ſunt domi earundem præceptores & vivi & mortui. Si Rerumpublicarum aliarum modum adminiſtrandi cognoſcere deſideras; plurimi adſunt Libelli de ſingulis Rebuſpublicis, quos perluſtrabis. Si loca remota, imò totum orbem, ſi familias illuſtrium perſonarum, ſi populorum mores, tempora, fortunam, vel alia memorabilia, cognoſcere appetis; ſatisfaciēt tibi Geographi, Hydrographi, Hiſtorici, Genealogici, varia & multa Itineraria, ac alii de his rebus Cōmentarii: nominatim *Mercatorii* Atlas, *Ortelij* Geographia, Hydrographia, *Furnerij*, *Fabricij Peireſcij*, *Petri Gaſſendi*, Italia *Philippi Cluverij*, ejuſdemq; Germania, Itinerariū *Hentzneri*, *Danielis Eremitæ*, *Martini Zeilleri*, Gallia *Limnæi*, Genealogiæ *Bucelini*, *Dn. D. Nicolai Rittershusij*, & aliorum, Topographiæ *Meriani*.

V. Arcadum pauperrimus *Aglaus Pſophidius* ipſi Gygæ Lydorum Regi potentiâ & opibus beatiſſimo, Oraculi voce prælatus, licet terminos agelli ſui nunquam exceſſerit, *Val. Max. l. 7. cap. 1.* De *Æliano Hiſtorico*, nec non *de Pompejo Leto Grammatico* narrant, eos ab omni peregrinatione abſtinuiſſe, & tamen egregios Viros evaſiſſe. Non abs re eſt, quod

peregrinationi tribuit *Thomas Morus*, quod scilicet redeuntes ex Italiâ & Gallia nihil ad nos portent, præter exoticorum vitia & scelera, quibus se inquinaverunt: Veneris & gulæ exercitium, cui indulgere didicerunt; callidas Hispanorum machinas, strophas & artes Germanicę integritati contrarias, quibus in aulis Magnatum subditos, servorum in modum, vectigalibus, tributis & collectis onerando, privilegia minuendo, Germanicam Libertatem tollendo; â Principibus ac Dominis deflectere faciunt, odia & tumultus incitant, & id genus alia detestandâ curiositate innovare tentant: Vel mores scurriles, gestus incomptos, ceremonias ridiculas, varium vesticum, linguam affectatam, histrionicâ temeritate & stultitiâ præ se ferunt. Quæ omnia fundamentum esse videntur instituti Moscovitarum supra memorati.

VI. His ita adductis, (ad quæ in sequentibus hinc inde, datâ occasione, respondebitur) sciendum est, primum in persona, quæ peregrinationi se committere cupit, requiri *justam ætatem*: quæ indicari videtur illis verbis in definitione adducta, *supra* §. 1. *à studioso idoneo*. Hæc aptitudo multa includit, inter quæ primum esse putamus, justam, sive mediam ætatem: Etenim *Senes* & *Infantes*, item perpetuò adversâ valetudine laborantes, ad suscipiendam peregrinationem minus sunt idonei, partim quod molestias & discrimina viarum sustinere nequeant ob corporis imbecillitatem, partim quod judicio debito destituantur.

VII. Nec facimus hic cum Platone, existimante, illam vitæ humanæ periodum, quæ ab anno ætatis quinquagesimo ad sexagesimum usque extenditur, peregrinationibus convenientissimam esse, eo, quod domum reversi Senatui, quæ viderint, exploraverint, referre possint. Novi quidem corpore marcescente, mentem magis florere incipere: Sed & hoc novi, quod testatur Aristoteles, *2. Polit. 7.* (*aliàs 9.*) ut corporis, ita mentis quoque dari senectutem: & mentem hanc à trigesimo,

simo, ad quinquagesimum annum optimè se habere. *Vid. quæ habet Excell. Dn. Dilherr Tom. 2. disp. Academicar. disp. 5. pag. mihi 127. thes. 66.*

VIII. Aptitudo illa etiam includit, ut persona peregrinari cupiens non indigeat *præceptore* seu *inspectore*; sed optimis literis instructus, & linguarum communium notitia pollens prudentiâ politicâ, ex Historiis, animum præparatum habeat. *Dicis*: Falsum esse, rectè non peregrinari cum Præceptore seu Inspectore: cum videamus hodiè Magnatum liberos aliter peregrinationem non suscipere. Non igitur sequitur: ille non est aptus ad peregrinandum, qui Præceptore seu Ephoro (ein Hofmeister) indiget. Verum sciendum, nos hoc non absolutè intellectum velle, sed comparatè: nimirum eum, qui sibi ipsi sufficit, rectius peregrinari, eo, qui ductore opus habet. Siquidem tali ductore opus habet, vel ratione ætatis, vel ratione imbecillis intellectus. Nam ratione Dignitatis sive Honoris secum habere Ephorum, exemplo Principum, non repudiamus, nec peregrinationi rectè institutæ sive instituendæ, quicquam obstare fatemur. At verò illo modo utiliter peregrinari non credimus. Siquidem Ephorus ex tali peregrinatione majorem utilitatem sentit, ipso suo principali: cum ille omnia accuratius observet, & fidelius oculis & memoriæ infigit, ac, cujus est Ephorus. Et parum differt talis peregrinatio ab illa, quæ per historiarum lectionem instituitur, cum omnia illi debeant exponi â Præceptore, quæ *alias oculis usurpanda*, & per eos prudentiâ comparanda sunt. Nisi enim aliquis ipse sciat, in quæ inquirere, & quid de quæsitis judicare debeat, parum utilitatis ex peregrinatione reportabit, & naturali judicio destitutus esse videtur.

IX. Instructum habeat intellectum bonis artibus & literis, iisq; disciplinis probè imbutum, quibus quis per totam vitam indiget, ne dum aliena & exotica perlustrando, tempus nullum habeat iis incumbendi. Non enim quælibet ætas

omnibus disciplinis addiscendis conveniens est, sed quædam addisci debent in juventute, ut iis in ætate virili utiliter uti queamus. Linguarum illarum, quibus utuntur regiones illæ, quas peragrare cupit, notitiam sibi acquisitam habeat necesse est, si non omnibus modis perfectam, ita, ut eam promtè loqui, atq; sic cum aliis eâdem colloqui, & ab omnibus aliis intelligi queat, saltem ut ille alios intelligat: ne illâ utentes, & forsan ipsi insidias struentes, sub lingua, & ignorantia peregrinantis, tuti lateant, periculumq; feliciter creent, quod avertere, vel effugere potuisset, si eorum linguam calluisset.

X. Licet verò talis in terris alienis versans, quoad loca peregrinus, non tamen sine incommodo peregrinus erit, etiam in his locis, quoad Historiam: Cumprimis autem Historiam Rerumpublicarum: Quomodo enim in Rerumpublicarum naturam & administrationem accuratè inquirit, si illarum ne inchoatam aut generalem habeat notitiam? Audiamus hâc de re elegantissimè loquentem *Clar. Bötlerum, qui in Dissertat. de Peregrinatione Germanici Imperatoris*, hanc quæstionem proponit: An fieri possit, ut ex peregrinatione, earum sibi quisquam rerum cognitionem penitiorem promittat, quas antea (sive de sciendis, sive de imitandis loquamur) prorsus ignoraverat, aut vix obiter cogitaverat? Potestne, inquam, fieri, ut, qui Mathematica non attigit, aliquod operæ pretium faciat ex consuetudine nobilis cujusdam Mathematici: ut si quis in Italia incidisset *in Galilæum de Galilæis*, & Kircherum; *in Gallia in Mersennum & Gassendum*? Quid enim profecisti, si vidisti? & quid scisciteris, aut ultro oblatum capieres de rebus, quarum inscientiâ laboras? Artem certè nemo nisi artifici revelat, vel artis amatori. Sed amorem artis, citra peritiam aliquam artis, nemini contingere ajunt, qui accuratè loquuntur. Quid Tibi cum præstantissimis Palatiis, cum simulacris, imaginibus, signis, tabulis, si architecturæ, plastices, statuariæ, picturæ imperitus es? An sufficit dicere, hoc

loco

loco, hâc die, hanc imaginem, hoc opus vidi? Si enim pergat aliquis percontari: quid eximium sit in eo, quod videris? respondebis forte: eos, qui artem intelligunt, in hanc aut istam sententiam pronuntiasse. Hic non cuivis promtum est quidvis credere. Si præsertim recordemur: excellentissimæ artis opera, Peregrinatoribus plerumq; rudium hominum ministerio demonstrari; aut, ubi idoneus interpres obtigit, non nisi eruditè interrogantibus explicari.

XI. Id si in operibus manufactis (rectè infert *laud. Author, l. c.*) & artificum laboribus usu venire solet: Quid existimandum est accidere in rebus ab exteriori spectaculo remotis, & ad civilem prudentiam pertinentibus. Scilicet tu mihi statum Reipublicæ condisces, tu mores gentium judicabis, tu arcanas consiliorum regulas penetrabis, nisi attuleris animũ talis studii tractatu non vulgari subactum atq; præparatum? Sine pennis itaq; volare instituit, qui subtilissimum Reipublicæ contextum, & celantia suos nexus vincula, & involuta tot artificiosis tenebris mysteria, qui citra facem Politici intellectus introspici autumat.

XII. Verum Politico peregrinaturo nondum sufficit, ita instructum bonis artibus iter ingredi, nisi quoq; animum suum præparavit contra omnes contagiones, omniaq; venena animæ salutis, cognitione scilicet veræ & salutiferæ Religionis. Etenim cum peregrinanti cum multis hominibus, quà doctis, quà indoctis conversandum, ac sæpè de variis rebus, non semper Politicis, sed crebrò quoq; Theologicis discurrendum, nisi quis probè de suæ religionis veritate confirmatus, non sine magno periculo tales admittet discursus; Dolendum quidem est, hodiè â Politicis ita negligenter Theologiam tractari, ut in Sacris literis intelligendis planè maneant hebetes, ac in momentis & vinculis Christianæ doctrinæ asserendis adeò rudes, ut etiam quâvis aurâ peregrinâ afflante, huc illuc fluctuent, suaq; insciciæ pœnas dent, non sibi

bi modo, sed seculo fatales. Non quidem ab omnibus requirimus, ut Theologiâ accuratâ, vel, ut aliàs appellari solet, Scholasticâ, quæ Ecclesiasticæ, contradistinguitur, sit imbutus; hoc enim illis necessarium est, qui totam suam vitam huic unico studio consecrarunt, indeq; Choro inserviunt: Sed solùm volumus, ut peregrinator doctrinæ Christianæ purioris capita summatim, ac fundamenta sufficienter cognita habeat.

XIII. Aut, si præter modum, non sit gnarus etiam hujus Theologiæ fundamentalis, peregrinator hoc saltem observet, ut cautè agat cum Viris doctis, & quidem alterius â sua Religionis, nec ipse pomum Eridos in medium projiciat, sive controversiam incautè aliquam moveat, cui postmodum par non sit: vel si ab aliis moveatur, prudenter declinet, nimirũ non suæ professionis esse, nec de se his in via cum aliis disputaturum esse, nisi velit incurrere illud vulgare: Ne sutor ultra crepidam; hunc in finem peregrinationem non suscepisse. Secum itaq; habitet, nec altum sapiat: multominus faciles & incautas omnibus aures præbeat, nec speciosas de Religione fabulas, quia refutare per ignorantiam nequit, pro oraculis habeat. Inepti enim & stolidi hominis est, cum primis in Religione, niti hoc errore: Quia hoc aut illud refutare non possum, nec mihi est, quod contradicam: ideò verum esse rectè judico. Nam præter id, quod rectissimè docet *Augustinus lib. de Trinitat. 14. cap. 1.* ubi explicat illa Apostoli *1. Corinth. 12, 8.* Alii datur sermo scientiæ, eumq; esse dicit, quo fides saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Quâ scientiâ non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsâ fide plurimùm. Aliud est enim scire tantummodò, quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, quæ nonnisi æterna est: Aliud autem scire, quemadmodum hoc ipsum & piis opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio vocabulo

scientiam appellare videtur Apostolus. *Hæc Augustinus.* Sed etiam facilè fieri potest, ut aliquis de una Religionis formula in aliam transeat periculosissimè: Atq; sic tandem nullum penè discrimen inter veram & falsam, imò nullam Religionem tàmdiu animadvertat, quàmdiu extra Patriam, in locis peregrinis versatur: Sed omnium locorum Religioni se accommodet.

XIV. Quamvis non ignorē, *Autorem Compendii Politici hujus seculi*, hoc ipsum, accommodare sc. se omni Religioni, pro maximo venditare arcano. Liceat propria ejus verba adducere, ne quis credat, ei à nobis injuriam fieri: Plurimi, *inquit*, sunt Autores, qui hominem politicum hujus seculi variis informant præceptis, quorum pro tempore & ingenii ratione non pauci aliquid præstiterunt; Verùm qui perfectum formarint, formentq;, præsertim ad singulas Respubl. meo quidem judicio adhuc dum nullus extitit. Proindè operæ pretium existimavi, partim ex meo ingenio inventa, moribus', actionibus probata, partim ex Jesuitarum placitis, moribus', consiliis, & deniq; ex Veterum Exemplis hausta præcepta, quâ potuit fieri brevitate, & compendio in chartam conjicere; Unde si non alii instruantur, saltem videant, quibus ego modis in hac Republica ad hoc honorum & dignitatis culmen, divitiarum ingentes thesauros, Regum deniq; & Principum gratiam aspiraverim. Principiò, cum Ingenium divinitus nobis contingat, non nostra cura comparetur, illud æstimo quid possit, quid non possit? Quid artibus aptum, ineptumvé sit, ut nostræ naturæ semina sequamur, cum illis adversantes frustrà operam insumamus, ætatem perdamus. Si tamen non prorsus stupido sumus ingenio, excolendi copia detur, Præceptores diligentes & fidos, & moribus hujus seculi aptos seligamus, illis nos, studia, vitamq; nostram credamus, illos sectemur, mores æmulemur, inq; omnibus nos' accommodemus; Inde fit, ut plus nobis credant, plus dili-

 gentiæ

gentiæ in nos conferant, sibiq;, si non pares, æmulos tamen formare conentur. Ii sunt hoc tempore Patres societatis Jesu, qui, dici non potest, quâ arte, quâ industriâ in omni doctrinâ, & ad præsentis temporis mores formare possunt. Neque TE RELIGIO avocet, quo minus vel tuos ipsis committas, vel Te fidei eorum credas: Persuasio quædam est & superstitiosa pietas, quam homo politicus, si finem suum assequi cupit, non magni æstimare debet. Neq; certè, quod Principio notandum, uni Religioni Te mancipare ita convenit, ut ei adhæreas tenaciter, sed ut in omnibus eam simulare, dissimulareq; (sicut temporis & loci necessitas ex utilitate tua voluerit) citra levitatis notam discas. Eorum itaq; ductum in fundamentis artium jacendis prorsus sequaris, donec ad annos discretionis pervenias, proprioq; remigio rem agere, quidvè ingenio congruum, quid proposito studio sit conveniens, eligere tibi possis &c. Sed hæc *Machiavellistis* & *Statistis*, quales hodie in Republica expetuntur, relinquamus. Nos in nostra Peregrinatione pergamus.

XV. Hactenus de iis, quæ videntur peregrinanti necessaria, antequam iter ingrediatur, ratione animi. Videamus quædam necessaria ratione corporis. Ubi *initio* corpus laboribus & molestiis sustinendis sufficiens requirimus, & validum. Vel ut Philosophicè loquar, corpus potens. Aristoteles enim duplicem facit, tùm potentiam tùm impotentiam, naturalem: Una quidem, quæ est aptitudo ad facilè obeundas muneris functiones, ut robur in corpore: Altera quæ est aptitudo ad nihil patiendum, seu fortiter resistendum rebus adversantibus, cujusmodi est salubritas, quæ est aptitudo ad resistendum, seu non succumbendum causis morbificis, qualiter se habent ὑγιεινά. Pariter Impotentia duplex est. quam vide expositam *in Disputat. nostra Log. 8. de Praedicamentis, §. 19. pag. 136.* Utroq; modo corpus potens peregrinaturo necessarium est: Si enim quo-

vis

vis venti flatu afficiatur, indeq; laboret, quomodo iter conficiet, qualem fructum ex peregrinatione sentiet?

XVI. *Secundò* cum ob varia viarum discrimina, unus solus vix feliciter iter absolvat, & tutò, conquirat sibi comites honestos, fideles, prudentes, facundos, & fortes: Non verò audaces, cum quibus faciendum iter non est, monente *Syracide, cap. 8. v. 18.* Ne gravesin Te sint: Hi enim pro voluntate facturi sunt, & unâ peribis eorum insipientia.

Morum malorum pestilens spiritus
sive afflat, affert; sive stringit, inficit:
ne fortè Te ullus allinat contagio
pruritus aliquis: tale contubernium odisse propera.

Tertiò vestibus probè se muniat, non tamen talibus, quæ furibus & latronibus occasionem invadendi præbeant, h. e. non pomposis, auro & gemmis splendentibus, sed utriq; tempori, sereno & udo convenientibus, exemplo Caroli Magni, iter magnis imbribus cadentibus instituentis; quem comitari inopinatò tenebantur aulici sui pretiosissimis vestibus induti, qua in via omnem suum habitum magno damno consumsére: Hoc Epiphonemate: Vestem suam imbrem quidem bibisse, & sole iterum exsiccatam esse, salvâ substantia: Aulicorum verò ornatum periisse, eo, quod alius deceat viam habitus. *Quartò* viatico gaudeat sufficiente, & certus sit de cambio, in locis certis persolvendo; ne deficiente pecuniâ, in angustias redigatur, aut contracto ære alieno, custodiæ mancipetur. Pecunia enim uti nervus belli, ita sine ea peregrinatio mortua est.

CAPUT II.

Tractans ea, quæ sunt observanda in ipsa Peregrinatione.

§. I.

HActenus aliqua adduximus, non quidem omnia, quæ necessaria sunt ante Peregrinationem instituendam. Videamus jam, quæ observanda sunt â Peregrinatore in ipsa via, sive Peregrinatione. Cum itaq; Peregrinatio nihil sit aliud, quàm perlustratio terrarum & rerum exoticarum, ad emolumentum Patriæ & suum proprium instituta: Antequam perlustrare incipiat, in principio viæ, vias suas DEO commendet:

Ut cuncta faustus exequi
tandemq; sospes regredi
possis:
Committe viam, rem, decus
arbitrio DEI unius:
Animi tibi ex sententia
confecta reddet omnia! Psal. 37. 5.

Dic porro:

Integer vitæ, scelerisq; purus
sim, DEUS præsta. Tua me subindè,
Castra Virtutum sequar ut libenter
Dogmata ducant.
Transeat vita sine labe cursus,
hic dies expers quoq; sit querelæ:
Grata sint, quæ vis Tibi cogitata
Et mea facta.

Referatur hîc *Reverendi Dn. Ristii Cantio 9. Decad. 10. Cantionum Cœlestium.* Cœterum in ipsa Peregrinatione potissimum occurrent Personæ & Loca. Incipiamus â Locis, inter quæ maximè sunt *Urbes*, quæ non solùm extrinseco conspiciendæ sunt oculo: hoc enim etiam bruta possunt: sed circa illas occurrunt, 1. *Nomen*, quod potest esse varium: Siquidem Urbium nomina sæpè mutantur, ita ut hodie alio veniant, ac olim appellatæ sint, Sic Ratisbona, quæ hodie voca-

vocatur, olim dicta fuit Tiberia. *Vid. Biselius in Jcaria.* Sic Norimberga olim *Segodunum* erat. *Vid. Zeiler in Itinerar. German.* Et non solùm in Nomen vetus, sed etiam novum inquirendum, item quoties, an semel solùm, an pluries mutatum, quæq; talis mutationis causa & ratio fuerit: quia talis causa sæpè historiæ, aut facti alicujus declaratio esse potest. II. Urbis etiam *Conditor*, vel *Amplificator* investigandus est: quando cepit condi, quamdiu in ædificatione fuére occupati, & quando illi ultima imposita fuerit manus. Ita descriptum est tempus Hierosolymæ, & templi illius tempus annotatum in scripturis quo cepit, & absolutum est. Item qui, & quoties Urbs Roma amplificata. Norimberga, quando amplificationem accepit: nimirum tempore Caroli Imperatoris IV. *Zeiler. l. c. pag. 102.* Sic inquirendum in autorem Palatii Electoris Bavarici, & quibus venit sumptibus, à quo absolutum. Sic dicitur Ratisbona condita à Tiberio, quod tamen *Philippus Cluverius* negat.

II. Urbium III. observanda *natura*, & *situs loci*, structura sive forma, aëris clementia, sive soli fertilitas, flumina tùm allabentia, proxima, tùm deducta. Mare alluens, aut portus, sive lacus, montes, valles, sylvæ, nemora, & alia similia, de quibus prolixè egimus *in Dissertationum nostrarum Politicarum par. 1. de Urbe.* Cum in Urbibus varia reperiantur *opera*, in illa quoq; consideranda diligenter sunt, & observanda: sive sint publica, sive privata: quoad illa, observanda sunt, quæ sacris usibus sunt destinata, qualia sunt Monasteria, Templa, & similia: Inter profana autem referunt, & notatu digna sunt, Palatia, Turres, Mœnia, Armamentaria, Propugnacula, mod, munitionis. Bibliothecæ, &c. At nõ solùm in publica tantùm ædificia peregrinans oculos figere debet, verùm etiam in privata, si potest; ita, ut eorum elegantiam, splendorem, ornatus, artificia, formam tùm interiorem

riorem, tùm exteriorem obſervet, amœniſſimos hortos, fontes, picturas, ſtatuas perluſtret, & ſi quæ alia in iis viſu digna, notet.

III. Verùm his omnibus ritè & rectè obſervatis, nondum tamen peregrinator conſecutus eſt id, propter quod peregrinationem ſuſcipere debet. Rectiſſimè *Scherbius in Polit. l. 1. pag. 18.* Es iſt nicht damit außgerichtet / wann man fraget: biſt du in dieſer oder jener Statt geweſen. Es hat alda einen hohen Thurn / vier Kirchen und ſieben Thor. Es iſt nicht genug: daß Gelt iſt nochnicht recht angelegt / ſed conſideranda eſt forma Reipubl. cujusq; loci. Wie gehets alda zu? Nimbt die Obrigkeit und Juriſten auch geſchencke / guldene Becher. ꝛc. und biegen eine Sach wie ſie wollen? Sind auch Fleiſcher / Schuſter und Becken in Rath? Schencket der Burger-Meiſter auch Wein oder Bier? Hæc ubi contingunt, obtinet illud, quod legitur in *Curia Gothana*:

Wo der Burger-Meiſter ſchencket Wein /
Die Fleiſcher mit im Rath ſeyn /
Und der Becker wieget das Brodt /
Da leidt die Gmein groſſe Noth.

Etenim ædificia & ſaxa manent ſaxa & ædificia, & quovis tempore luſtrari poſſunt, nec unquam tibi veram ſuppeditabunt ſapientiam: *Viri prudentes* & *docti* ſunt, quorum familiaritatem ambire, & eorum colloquia tentare debes, ut inde aliquid nanciſcaris prudentiæ & eruditionis. Nulla enim res magis animos induit honeſtos, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quam bonorum converſatio: docente *Senecâ Epiſt. 6.* Hi ſalutandi ſunt & conſulendi, ac operandanda, ut ab illis ſemper & doctiores & meliores abeamus. Nam ſapiens â quovis diſcit, & â peritis diſcendum novit: & quidem â quolibet juxta cujuslibet captum; ab agricola res ruſticas, â nautis ventos, â milite prælia, â negotiatore mercaturam. Maximè autem quærendi illi ſunt, qui ſcientia rerum

rum & experientia, & ætate præstantes, suæ quisq; patriæ res differere queunt: aliàs solers peregrinator nullum genus hominum aut colloquiorum, quatenus licet, negligit, etiam ex fortuito, ex temerario errantium sermone haud parùm proficere potest. Politicæ verò Studiosus iis imprimis, quorum in manibus summa rerum, se insinuet, hos comitetur, omni officiorum genere sibi devinciat, nihil ab his nimium sibi imperari existimet: hos differentes auscultet, benevolentiam eorum affectet, ut quæ propria juveni virtus, Modestia ex se & discendi studium appareat omnibus, quo facilè assequetur, ut & charus sit, & *Δυναίας*: Sic *Cicero* affirmat *L. 2. Offic. c. 13.* Facilimè, & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes Viros, benè cònsulentes Reipubl. contulerunt, quibuscum, si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi deligerunt ad imitandum. Doctorum Virorum doctiora sunt omnia errata, quam Juvenum omnia benè dicta, ut *de Ciceron Ludovic. Vives ad Augustin. de C. D. L. 22. c. 11.* affirmat. Sic eveniet, ut facilè, & quasi ante tempus sapere incipiant: bona cum fama, & maturis operibus, dignitates & honores consequantur: Inde existimo, ut prudentum commercia fugientes, sua ipsorum vulnera occultare, & ulceròsa reddere: cum iis verò conversantes, & ea revelare, & ad sanitatem redigere soleant. Studioso nullus sine linea dies prætereat.

IV. Quid? Hæc cum viris doctis collatio prima cura esse debet Peregrinatori, quia tales Viri mortales sunt, caduci, & qui haud rarò citius opinione nostrâ ad plures avocantur: nec semper datur occasio ab illis discendi. Stolidus ergò est, quisquis se bonarum artium studiosum profitetur, artium verò Magistros contemnit. Ut autem quis doctis Viris sese eò facilius insinuare queat, afferat secum ad tales Literas commendatorias, easdemq; commodo tempore exhibeat

beat; vel salutem ab aliis celeberrimis viris offerat; vel etiam in horum defectu, librum Mnemonicum memoriæ ergò offerat, indeq; ansam confabulandi ac discendi arripiat. Dum verò ita Viros bonos & prudentes conaris adire, necesse est, juxta monitum *B. Bernhardi*, ut ad illos aurem deferas bonam, quæ libenter audiat utilia, prudenter discernat audita, obedienter aperetur intellecta. Nam, uti benè Germanus ait:

Viel gejagt/ und nichts gefangen/
Viel gehört / zu nichts gelangen/
Viel gesehen/ und nichts gemerckt/
Das sind ja drey verlohren Werck.

Hæc nisi tecum afferas, nihil quicquam utilitatis ex peregrinatione senties tua. Si enim solùm visendi gratiâ velis adire, posses ipsos in imagine domi cernere, non tantos in viâ sumptus facere, & tot sustinere labores, molestias ac pericula. Et notatu dignum est laudabile factum, *Glareani, Professoris Friburgensis*, qui, dum nobiles quidam ex Italia venientes, ipsum visitandi gratiâ adire volebant, jussit eos cras redire: qui cum reversi, Glareanus, suâ laureâ indutus, & aureâ torque ornatus, concessit in conclave quoddam elegans & amplum, ubi se in Hemicyclum recipiens, jussit eos ingredi. Nobiles ingredientes, Glareanum salutabant: tùm ille sedebat immotus, perinde, quasi illos non videret, quos etiam ita abire patiebatur. Hoc cum Itali mirarentur, hancq; in humanitatem per nuncium quendam Glareano exprobarent: Cur illis inhumanus videar, cùm solùm me videndum venirent? At postea ab illis invitatus, totus dies jucundissimis colloquiis consumptus, ut ita ipsius humanitatem, prudentiam, eruditionem, facета dicta, servatâ tamen gravitate Itali cognoscerent.

V. Porrò prudens Peregrinator observet in ipsa viâ, ne corpus aggravet *varietate ciborum* & multitudine: siquidem

dem certissima morborum causa est ciborum varietas: unde etiam *Hippocrates* monet: Non obruatur alimentis, non exsolvatur exercitiis. 2. Viam ingrediatur *diurno* tempore, non nocturno: id enim tutius & securius est, cum nox nihil moderabile suadeat, & furum & latronum latibulum sit & tegumentum. 3. In diversoriis eligendis Peregrinator cautus sit & curiosus, ne pro fidis suspecta eligat, in quibus non solùm sumptuum & bonorum, sed etiam sanitatis, imò vitæ jacturam faciat. Cubiculi situm observet, cubitum iturus, & somnum capturus, januæ sive ostio pessulum obdat, linteamina lecti, & cervicalia munda petat, ne contagione aliquâ inficiatur. 4. Equisones, Nautas, aurigas, veredarios ac tabellarios non quosvis assumat, sed in eorum vitam prius, & fidem inquirat. 5. Erga alienos humanus sit & officiosus moribus, alloquio & salutatione. Lenior enim erit quisque socius, & in communi Rep. civis melior, qui liberius salutaverit, imò salutationes anteverterit, neque subrusticam illam nobilitatis persuasionem, stolidamque quorundam superbiam imitatus fuerit, qui usque adeò Demeæ sunt, ingenioque agresti, ut vix salutati, resalutent, quod certissimum animi barbari indicium est. *Vid. Herner Politicus; Jul. Belli, lib. 3. pag. mihi 178.* Nec hic quicquam Peregrinantem turbare debebit illud *Christi, Luc. 10. 4.* ubi Apostoli in via salutare prohibentur. Etenim Hebræi tali locutione utuntur, cum alicui negotium quoddam ocyssimè expediendum imponunt. Aliàs promptitudo salutandi inter humanitatis officia passim refertur. Nec pejus quid dici potest, quam cumquis, ut in versu illo,

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli,

commemoratur. *Injuriam quidem nemini facit*, qui alterum non salutat, nec quisquam cogi potest ad salutandum: nisi forsan quis animo injuriandi proximum suum, salutare nolit: nihilominus tamen eum, quum honore salutationis afficere,

vel officii ratione teneris, & intermittis sciens volensque, ut in micum odio prosequi credendus es. Nec in hoc quoque excusandi sunt, qui id incuriâ omittunt. Quandoquidem incuria ista nimis crassa est, & vituperanda. Nam licet levis hæc videatur & exigua, usurpata, amicitiæ conciliandæ; omissa, dissolvendi vim habet. Imitandus potius est Rex Galliæ, qui cum in via à publica meretrice salutaretur, capitis detectione humaniter eam vicissim salutavit. Postea, cum eidem narraretur, Majestatem ipsius honorem indignum exhibuisse mulieri malæ vitæ. Respondit: Malle se impudicam salutando, quam pudicam & honestam insalutatam relinquendo falli.

VI. Summa autem, omnium eorum, quæ à Politicæ Studioso ac Peregrinatore observanda sunt, in eo consistit, cujus quidem aliquo modo jam facimus mentionē *supra* §. 3. *in fin.* ut statum, & instituta illius Reip. in qua degit, diligenter scrutetur & notet, leges, consuetudines, & privilegia illius investiget, populi mores & ritus observet. Quibus animi dotibus, quibus affectibus, virtutibus, ingenio, indole singulari, quo artificii genere, incolæ istius regionis commendentur: Quibus contra vitiis vulgo malè audiant, tàm viri, quàm fœminæ, diligenter notet, atque sic nihil inexcerptum relinquat, quod sibi in Reipubl. administratione utile futurum sit. Et hoc est, quod *Tacitus* vult *L. 4. Annal. c. 33. n. 2.* quando inquit: ut olim plebe valida, vel cum patres pollerent, noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur; Senatusque & Optimatium ingenia, qui maximè perdidicerant, callidi temporum, & sapientes credebantur; sic converso statu neque alia rerum, quam si unus imperiter, hæc conquiri, tradiquin rem fuerit. Ad hæc verba, quæ commentetur πολιτικώτατος *Vir Celeberrimus Dn. Forstnerus*, digna sunt hîc legi. In Republica viventibus, *inquit*, exploranda vulgi aut optimatium natura, quibusque studiis aut artibus capiantur. Tum aptan-

aptandus animus ad ea, quibus probari civitati possumus, Leges, Jura, immunitates ignorare non debent. Tum quibus initiis fundata civitas sit, quibus artibus creverit, floreatque: aut ex diverso, qua in re ab antiquis institutis recesserit: quæ interitum afferre possint; qui Cæsares, qui Catones in ea sint; publicæ an privatæ divitiæ prævaleant, suis civibus armorum imperium committat, an externis ducibus utatur; denique quibus maximè artibus libertatem teneat. Qui verò Regibus nascendis conditione obnoxii sunt, quæ bonorum, malorumque Principum artes sint, scire debent; quibus modis habeantur, qui unius familiæ veluti hæreditas sunt, quibus item, qui muneris regna faciunt. Sciendum ita est, quibus artibus teneantur gentes, velut nata mancipia Domini arbitrium simplicius expectantes, quibus ex diverso populi nec totam libertatem, nec totam servitutem patientes. Prætereà, quà callidtate civium, nec sentientium immunitates, & antiquas prærogativas minuant Principes; quis Regum suo ingenio utentium genius; quæque illorum natura, qui aliis se & regni administrationem tradiderunt; quæ fœderum, affinitatum, & amicitiæ inter regnantes conditio. Postremò, aulam penitus noscere, Procerum, cæterorumque hominum ibi opes, famam, honorem quærentium studia, delatorum scelus, veneficia, adulteria, & cætera dominationis flagitiosissima instrumenta, denique omnium bonarum, malarumque artium disciplinam, non in usum, sed cautionem didicisse necessarium erit. *Pergit Forstnerus: Nunc velim considerent qui disputando Politicam discunt, ecquid ipsi harum rerum sciant.* Sed scilicet cæterorum hæc sunt artificia nihil ad Germanorum Rempublicam pertinentia. Nobis Auream Bullam Caroli IV. interpretari, docere & discere satis est. Quasi verò non iidem, qui hæc dicunt, imminui Jura & Privilegia, pessumdari Aureæ Bullæ sanctiones, Hispanos Orbis imperium affectare, peregrinis artibus nobiscum agi, conquerantur. Ecquid igitur quibus sophismatis subvertantur leges, auferanturque

immunitates, quibus artibus Hiſpani ad Catholicum Regnum graſſentur, quæ denique extremæ technæ ſit, quibus petimur, diſcere nolunt? Diogenem in dolio diceres, qui ibi incluſus quid reliquus Orbis ageret, non curabat. *Hactenus Forſtnerus.* Hæc, & ſimilia, niſi quis ex peregrinatione didicerit, rectè in eum quadrabit illud dictum:

Quiſquis ab æde ſua patria volat improbus anſer,
Ille domum rediens, anſer, ut ante, manet.

Mores ſpeciatim populorum notet, quia omnes non iiſdem præditi ſunt: ex qua cauſa *Hieronymus Cardanus*, filiis ſuis notas fugiendorum hominum ita deſignavit: *Longobardo rubro, Hetruſco luſco, Veneto claudo, Hiſpano longo & procero, mulieri barbatæ, viro criſpo, Græco ulli confidere nolite.* Item: *cavete à blaſis, variis, ſtrabis, valgis, compernibus, meretricibus, & nimium blandis hominibus*: ſunt enim proditores aut avari, aut irriſores. Cavete illum, qui verbo ſuo vel alieno ſubridet, deceptor enim eſt. *Libello præc. ad Fil.*

VII. Attamen in horum omnium perluſtratione, & inquiſitione, importunam curioſitatem magnoperè caveat: ne cum quadam temeritate videatur conjuncta, aut niſi quis ſe velit magno exponere periculo. Quandoque rectè *Cicero. 1. Officor. c. 35.* peregrini officium deſcribit: Peregrini & Incolæ officium eſt, *inquit*, nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alio inquirere, minimèque in aliena eſſe Republica curioſum. Nam ſi in aliena domo ſurdum & mutum eſſe oportet, multòmagis in alienis Regionibus, ubi obſervabit quidem peregrinator, non taxabit, mores peregrinos. *Malus enimille, cui non eſt ſatis id, quod cæteris ſatis eſt.* Non ſolùm autem vitabit bonus peregrinator talem importunam curioſitatem, ſed etiam deteſtabitur religioſiſſimè abominandam libidinem, quaquis & animam & corpus fœdiſſimè inquinat, & tandem in Barathrum præcipitat, juxta illud *1. Corinth. 6. 9.* Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adul-

17

16

9

3

2

adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces. Regnum DEI possidebunt. Non dicam de malis, quibus se illicitâ Venere exponunt in hac vita. Hæc enim Venus

Fons, & princeps causa malorum.

Siquidem huic nimium indulgentes, gravissimas ægritudines, imò ipsam mortem sibi conscisunt. Ex tali nimia Venere, licita quidem, gravissimâ febri, morti licavit *Ludovicus* XII. Galliarum Rex, *teste Thuano, l. 1. pag. mihi 31.* Pariter *Petrus Toletanus*, Siciliæ ProRex, quod intemperantius uxore novæ eximiæ formæ fœmina usus esset, in gravissimum morbum incidit, & brevi post excessit vita. *Idem l. 12. pag. mihi 560.*

VIII. Si nimia Venere etiam licitâ quis sine vitæ periculo uti nequit, quæso quomodo quis illicitâ utetur sine morsu & nece conscientiæ bonæ? Istiusmodi meretrices quid sunt aliud, quam *loculorum tineæ*, arrodentes & corrumpentes omnem benè collocandam pecuniam? *Purgatorium sumptuum* necessariorum, & *Barathrum vitæ* longævæ? Bonæ famæ ignis lambens, & infelicitatis omnis pedissequa. Amare peregrè semper stultitia, sæpè etiam miseria est. Proinde nullus peregrinatorum falsâ persuasione se decipiat, credendo quoniam satis à Laribus Paternis absum, tale facinus non innotescet: Non est Fama malum velocius ullum. Et meritò refertur tantùm scelus etiam in alienis tertis perpetratum inter illa, quæ vulgò occultari non posse dicuntur; quæ sunt: 1. Civitas in monte sita. 2. Amor *carnalis*. 3. dolor. 4. tussis. 5. ignis. 6. stramen in sotulari. 7. consilium fautorum. 8. consilia mulierum. Maximè verò sibi caveant à tali illicita venere ii, qui in Academiis, ut peregrini, vivunt: siquidem Maculæ in Academiis contractæ, non multum abluunt â maculis Solis & Lunæ, quæ toti orbi ostenduntur, & abluinon possunt, etsi toto Oceano pro smegmate ac lixivio utereris.

IX. Abſtinebit porrò Peregrinator in via â ſpontanea illa inſania, luxu nimirum & ebrietate, luſibus idem inhoneſtis & prohibitis, lucriſque cauſa inſtitutis: ſicuti enim hi, mater ſunt & nutrix rixarum ac tumultuum, *arg. l. 3. C. de Aleat.* ita illa ebrietas genetrix omnium malorum, id quod *Bernhardus* ingeniosè expreſſit, dicendo: currus luxuriæ quadrigâ volvitur vitiorum; ingluvie ventris, libidine coitus (nam ſine Cerere & Baccho friget Venus) mollitie veſtium, otii, laboriſque reſolutione: trahitur equis duobus, proſperitate vitæ, & rerum abundantiâ: & qui his præſident, duo, ignaviæ torpor, & infida ſecuritas: tandemque hoſpitium ultimum, ignominioſa indigentia; & nefanda paupertas. Luſus plerumque ab hilaritate & riſu initium trahunt; verùm brevi abeunt in lachrymas, deſinunt in Tragœdiam, unde proprię ſubſtantię evenit dilapitatio, blaſphemare DEUM ludentes conantur, in perjurii, falſique crimen, fraudes, dolos, furta, injurias, convicia, homicidia, parricidia, cæteraque nefanda dictu facinora turpiter prolabuntur. Nam hi exhauſtis patrimonii viribus deſperati veneno ſe interimunt, illi ſibimetipſis violenta manus inferunt, alii proprio chirographo Diabolo ſemetipſos vivos conſecrant, ut licet alearum uſus antiqua res ſit, & extra operas pugnatorias conceſſa, pro tempore tamen abierit in lachrymas, *l. fin. C. de Aleator.* Corruptelæ enim ſpecies luſus aleæ eſt. *l. 26. ff. de Injur. vid. diſputat. de Ludis Excellentiſſ. Dn. Doct. Jacob Schalleri, Amici mei edecumani, pag. 19. & 20.*

CAPUT III.

Tractans ea, quæ peractâ ac abſolutâ Peregrinatione, domi & in Patria obſervanda ſunt.

§. I.

CUM peregrinatio civilis prudentiæ debeat eſſe inſtrumen-

mentum, neceſſe eſt, ut applicetur Reipubl. ſine qua applicatione inſtrumentum perfectione ſuâ deſtituetur. Peregrinatio error eſt, & vanitas, & quidvis potius, quàm liberale ſtudium, niſi per omnia memineris ad Civilem ſocietatem, quicquid vivitur, & vivendo diſcitur, quæriturque ita referri, ut civis, imò hominis nomine indignus ſit, qui ejus rationes & propoſita vel negligit, vel violat, ut docet *Boeclerus l. c.* Ubi tamen benè notandum, ne in iſta applicatione ſibi quis nimiam ac præſumptam tribuat ſapientiam. Etenim ſapientum ſapientiſſimus eſt, qui ſe minimum ſcire arbitratur, & rudium rudiſſimus, qui ſe plurimum ſcire autumat.

— Homines ſtolidi fallantur imagine veri
dum ſibi quisq; ſapit, & ſibi quisq; placet.

rectè docet *Ovidius*: Ex tali namque imaginaria ſapientia, contemptus aliorum aliquando, imò ſemper ſe meliorum, ſequitur (nimium enim ſibi tribuat neceſſe eſt, qui ſe nemini comparat, docente *Quintiliano*) qui contemptus horum paritur odium, & tandem infortunium ac neglectum.

II. Probè itaque videat in Patriam redux, ne ſtulta illa imaginatio, & furentis ingenii laſcivia, illud ſolidioris ingenii doctrinæ everriculum, & profundæ ignorantiæ mantile, radices in animo ſuo agat. Siquidem nihil eſt, quod magis minuat laudis præconium, quam ſuos aſſiduè jactare ſucceſſus, *teſte Valer Max.* Elatio animi & ſuperbia mentitur veram ſapientiam, non præſtat, omnemque profectum altiorem minuit, aut impedit.

III. Potius ante omnia DEO, ceu Peregrinationis directori, & tutori gratias maximas agat pro divino præſidio. Dicat cum *Jacobo*: Surgite, & aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare DEO: qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei. *Vid. Digeſta Pietatis Dn. Georgii Richteri, Conſiliarii quondam Norimbergenſis, & Univerſitatis Altdorphinæ ProCancellarii, pag. 387. & ſeqq.*

IV. Quam-

IV. Quamvis in itinere peregrinator debeat aliquo modo uti habitu illo, quo ii, inter quos aliquamdiu commorari cupit, utuntur, prout supra monuimus; summoperè tamen sibi cavebit Domum reversus, â tali peregrino habitu, comâ aut barbâ mirè tonsâ; nisi forsan inter id tempus ipsa Patria mores suos mutasset, quod Germanis hodiè admodùm familiare est, ut penè singulis annis ad exemplum Gallorum, habitum suum mutent. In quos rectè quadrat, quod Udalricus Dux Würtenbergensis dixit: Novus vestitus introducit novos mores; novi mores introducunt novos homines, novi homines expellunt veteres. *Richter. Axiomat. Polit. 318.* Aliàs quod Romæ, quod Parisiis fueris, probant homines civiles, quod Romanis, itemque Gallorum vestibus usus fueris, neque id improbant. sed reversus, ut vestitu patrio utaris, id verò maximoperè â te contendunt, *ait Clapmair. pag. 150.*

V. Pariter â vocibus peregrinis abstineat, nec eas intempestivè & immoderatè adhibeat, nisi se popularibus suis risui exponere velit. Meritò hoc reprehendit in sua Oratione apud *Thomam Lansium, Illustriss Fridericus Achilles, Dux Würtenberg.* quando inquit: Bilem mihi movent penè multi ex peregrinatoribus nostratibus, qui

vix è conspectu Patriæ telluris in oras.

digressi peregrinas, si Galliam limis oculis aliquando aspexerunt, Gallica omnia; si Italiam intuiti sunt, Italica omnia; si alterum pedem in Hispaniam intulerunt, Hispanica omnia; si in Anglia pernoctarunt, Anglica omnia; & undecunque tandem peregrè redierunt, peregrina omnia, mores, gestus, cæremonias, vestitum, linguam, histrionicâ temeritate ac stultitiâ probant, jactitant, extollunt; Germanicis & Paternis omnibus neglectis, fastiditis, rejectis. *Boeclerus* tales Patriæ proditores judicat: Parvi, pravique, *inquit*, proprium est animi, de peregrinatore proditores Patriæ facere: Tales sunt, qui peregrinas scorias domestico auro præferunt; & sinceritatem

tatem patrii moris extraneo fuco corrumpunt; avitas denque virtutes, novis undique convectis vitiis obruunt, extinguuntque. *vid. Guazzo de civili conversat. l. 2. pag. mihi 207. 213.* Digna sunt quæ hic legantur verba *Plurim. Reverend. & Excellentiss. Dn. Dilherri*, quæ habet in Concione prima ad Festum Epiphaniæ Domini, *pag. mihi* 691. & ita sonant: Waß soll ich sagen von der Epicurerey: wenn man heutiges Tages / ohne einigen rechtgelegten Grund des Christenthums / und ohne satsamen Verstand / hinauß in fremde Länder reiset? Wer will glauben / daß solche / von den Außländern allezeit solten from und gescheidt gemacht werden? Vielmehr verschwenden solche gemeiniglich draußen jhr Vermögen / verwunden jhr Gewißen / verunreinigen jhren Leib / vergifften jhren Verstand / und kommen offtermals wider / mit so wunderlichen Kleidern und Gebärden / daß man nicht weiß / wofür man sie ansehen solle? Obs Menschen seyn? oder obs Affen / Meerkatzen / Pafian / oder andere Gauckelers / Seilfahrers / oder Marckschreiers / Wunderthier seyn?

Kommts dann mit solchen etlichen (ich rede nicht von allen: dann es kommen auch noch feine / fromme / und sittsame Leute / auß der Frembde widerumb in jhr Vatterland) zum treffen: So ist kaum eine Ader zu spüren / die etwas von der Gottseeligkeit hielte: sondern sie meinen / das sey die rechte politische Weißheit: krumme Köpffe / krumme Achsel / krumme Hände / und krumme Füsse machen: und darbey unter den aller glatteſten Worten / ein krummes Hertz haben / und Niemand mit Worten / gerad und gleich zu antworten. Ein treffliche Kunst! darüber das entfremdete Teutschland bißhero fast gantz und gar erkrummet ist.

VI. Caveat, ne fiat glorioſus Thraſo, jactando ea, quæ in peregrinatione vidit, audivitque. Nec ſibi perſuadeat, forſan alium non fuiſſe & vidiſſe, ea ibi ubi ille fuerit, quæque viderit: nam ita facilè quis mendacii argui poteſt aut falſitatis. Siquidem etiam aliis illa contigit felicitas, ut Athenas & Corinthos adierint, licet illud me lateat: in tali enim oſtentatione & jactantia facilis lapſus eſt, & ſæpè jactator ſui immemor, ſicuti nugo ille, qui in celebri convivio ſe jactabat, peregrinando luſtraſſe celebres urbes quinquaginta, atque in ſingulis earum exegiſſe ſeſquiannum. Cùm verò aliquando à quodam emunctæ naris homine interrogaretur, quotum jam ætatis ſuæ annum ageret, reſponderetque, nondum quadrageſimum, protinus revocabatur res ab Auditoribus ad calculum, deprehendebaturque, nugonem illum triginta ſex annos, priuſquam in lucem editus eſſet, peregrinando perluſtraſſe urbes, *Bullinger contra Cochlæum l. 1. c. 26. pag. 58. Alia vid. apud Guazzo l. c. pag. 218. 219.*

VII. In id etiam quoque magno ſtudio incumbat in Patriam redux, ut priſcas honeſtas amicitias, etiam jucundas repetat; nequaquam verò ſe gerat, ac ſi omnium amicorum oblitus, & in patria quaſi planè hoſpes eſſet: arguit enim hoc non tantùm animum elatum. Elati quidem hi & ſuperbi verentur ſemper, ne humiliando ſeſe, & communis benevolentiæ actum exercendo, aut etiam bonum ſe aliis ſocium exhibendo, contemnendi ſuam cauſam ita præbeant, ut dignitas ipſorum hoc modo diminuatur: Verùm hoc ipſum eſt, quod illos contemptui exponit, & dignitatem eorum minuit: Quamvis enim tumidi & erecti ſint, in pectoribus tamen illorum plus venti, quàm virtutis regnare creditur, ut digni ſint, qui ſubinde hoc transfigantur dicterio:

Noli inflari, ne rumparis.

VIII. Omnium verò primò abſtineat ab illa ruſtica ſuperbia, ut quibus vel comitibus, vel amicis, alibi & in locis pere-

peregrinis, non solùm è peregrinis, sed etiam è conterraneis & popularibus, inferioris licet fortunæ & sortis hominibus usus fuerit, itinere ac peregrinatione feliciter absolutâ, domum reversus eos vix salutaveris, quod Te domi nobilem, illum plebejum habeas. Sæpè namque plebejus hic in terris alienis angelus tuus tutelaris, consiliarius, imò benefactor fuit, quo tempore tibi amicissimus erat, & ipsum (sed fraudulenter, non perfectè, nõ verè) reverebaris, illiq; omnem fidem, amicitiam, & redhostimentum, si Deus vos salvos in patriam revocaverit, promiseras: quo promisso, ut Mercator ille, Nicolao, stare domum reversus dedecore tibi ducas. Noli dicere, quam diu mihi usui fuit, tamdiu ipsi amicus fui. Quod non tantùm summa ingratitudo est, sed etiam omni odio & contemptu dignum. Refer huc ea, quæ habet *Guazzo l. c. pag. 295. 296.*

IX. Ex hac causa, tandem memor sit eorum beneficiorum & benevolentiæ, quæ à peregrinis, extra patriam degens accepit: Sicuti enim gratissimum tibi fuit, si à peregrinis in locis extraneis in ædes suas fueris receptus, omni humanitate exceptus, & plurimis beneficiis affectus, atque sic in tuis adversitatibus plurimùm humanitatis expertus, iterum ad inserviendum extraneis sis obligatus: & non solùm notos extraneos, sed etiam planè ignotos (qua & tu talis fuisti) modestè & civiliter admittas, aditum ad te concedas, hospitio etiam excipias, eosque cum commoditate, ut peregrinos, cum affectione, ut domesticos & conjunctos, tractes; & tandem omni benedictione ac lachrymis dimittas. Ad hæc enim *αἰνδρεγα* naturaliter obstrictus esse videris, ac perpetuo virentem famam tibi comparabis, & ab iis, qui Patriæ suæ muros nunquam egressi sunt, notabiliter differes, utpotè qui erga peregrinos semper asperiores & inhumaniores esse solent.

Sed Peregrinationis nostræ hic Terminum ponamus, cum alia plura præcepta ac quæstiones (cumprimis *an Germanis pra cæteris, peregrinantibus perlustranda? an pere-*

grinatio Vere instituenda: An bonâ conscientiâ ad infideles ac barbaros quis peregrè possit proficisci?) afferri & præscribi possent, quæ rectiùs tempus & occasio, quàm scriptura suppeditabit. Interim videri possunt, *Georgij Loÿssij Pervigilium Mercurÿ, Studiosus Apodemicus Gotofredi Zamelÿ, Gruberi Discursus de Peregrinatione Studiosorum, Julÿ Belli Hermes Politicus, Reverend. ac Excell Dn. Wülffer, in præfatione Itinerarÿ Saar: Clariss. Dn. Berneggerus in de Peregrinatione Quæstionibus, Item Clariss. Dn. Boeclerus in Dissertatione de Peregrinatione Germanici, aliique.*

COROLLARIA.

I.

ARistoteles 1. Polit. c. 2. *affirmat, Hominem armis nasci, Prudentiâ & Virtute: quibus in contrariam partem uti maximè licet. At verò, quomodo sibi constat, dum* l. 2. Magn. Moral. c. 7. in f. *dicit: Non contingit Virtute abuti. &* 1. Rhetor. c. 1. in f. *Valdè nocere, si quis utatur injustè hujusmodi facultate rationum: id commune est adversus omnia bona,* PRÆTER VIRTUTEM. *&* 6. Ethic. c. 12. in f. *fieri non posse, ut quis sit prudens, quin idem sit Vir bonus. At, quomodo erit Vir bonus, si in contrariam partem prudentiâ utatur.*

II.

Sanderson, pag. 164. QVaritur: *si Magistratus ferat aliquam de facto legem, quam sine peccato tamen ferre non potest, an subditus parere possit ei legi sine peccato? D.*

III.

QVaritur: *Si aliquis de facto in Civitate aliquâ summum imperium malis artibus, contra voluntatem & civium expectationem obineret, & post civibus invitis leges ferret, an ille 1. pro legitimo principe habendus.* Sanderson pag. 173. 174 M.

Sanderson. pag. 175 *2. an teneantur Cives illi legibus ab illo principe latis, vi conscientiæ?*

IV.

QVaritur: *quid statuendum, si princeps legitimus sit regno suo pulsus, aut exclusus ab aliqua persona, ad quam regnum alias illud jure non spectat, ita tamen ut persona ad quam justè pertinet regnum adhuc sit superstes, ea verò non sit tantæ potentiæ, quantæ est ille, qui illam exclusit, num teneantur subditi illi esse à partibus illius, qui actu regnum possidet; an illius, cui jure debetur?* Sanderson, pag. 176.

§(I)§

COELUM. NON. ANIMUM. MUTANT.
QUI TRANS. MARE. CURRUNT.
EST VULGI VERBUM, SED CUM MODERAMINE DICTUM!

Tu, contrà, terras, aliô sub Sole calentes,
hâc vice, non lustras, sed adhuc *COELÔ sub EODEM*
degis, *VOGELI!* Quin, *MENS*, è Sede receptâ
excita, nunc gaudet, grata vice, surgere in altum
& præcepta Sophis dare *RITÈ PEREGRINANDI*
RARA. ADEOQVE. AVIS. ES. NIGROQVE. SIMILLIMA. CYCNO!

L M Q.
gratificaturus
Amicissimo meo VOGELIO
properiter adj.
M. JO. ELIAS REW,
Alum. Nor. & Oecono-
miæ h. t.
EPHORUS.

§(II)§

EIN angefeurter Geist/
so von den Eitelkeiten
der Laster-vollen Zeiten
sich Wercken an interessirt/
wird immerzu getrieben
die Wissenschafft zu lieben.
Er suchet fort und fort
ein mehrers zu erlernen/
drumb will er sich entfernen
von seinem ersten Ort
und mit so manchen Reisen
den hohen Fleiß beweisen.

Der steigt nicht hoch empor
so stets zu Hause schwingt/
der bey der Mutter sitzet
und kommt nicht für ein Thor:
Wer etwas wunschet zu wissen
muß fremde Länder grüssen.
wolan! Ihr Pallas Söhne/
Ihr Edle Phœbus Kinder/
es ziemet Euch nicht minder
das frohe Ruhm-Gethöne/
Wann Ihr in Eurer Jugend
sucht in der fernen Tugend.

Ehmit

Schaut unsern Vogel an/
den Sohn der Themissinnen/
der rühmet diß Beginnen
so viel er immer kan/
und heisset Euch hinziehen
wo gute Sitten blühen.
Doch will Er selbst zuvor
mit seinen klugen Schrifften
IHR einen Nahmen stifften/
damit der Musen Chor
mit nimmer müden preisen
belobe seine Reisen.

Wohl Euch! geehrter Freund/
der IHR in Büchern reiset
und öffentlich erweiset
IHR seyd derselben Feind
die nur mit faulen Tagen
die Lebens Zeit vertragen.

Nun könnt IHR rühmlich fort
und mit den Höchsten früchten
auch manche Reiß verrichten
an weit entfernte Ort
und noch in jungen Jahren
so manche Sach erfahren.
Schaut doch wie manche Blumen
die hehren Musen winden
EUCH einen Krantz zu binden/
so so wird EUER Ruhm
in Ewigkeit bestehen
und mit den Sternen gehen.
Fahrt fort mit solchen Fleiß
im Frühling EURER Jugend
so wird dann Eure Tugend
den allerhöchsten Preiß
EUCH bringen auß zu wegen
der Himmel gebe Segen!

mit diesen ringfügigen Zeilen wolte das
rühmliche Vorhaben
deß Herrn Antwortenden/
glückwünschend beflissen
Paul/Martin/Alberti/ der Heiligen
Schrifft Beflissener.

(III)

So recht! Mein wehrter Freund / ich lobe Dein Beginnen/
den nimmersatten Fleiß / und unvergnügtes Sinnen:
In dem DU zeigest an / mit dem gelehrten Reisen /
das / was durch solches kan gewünschten Fortgang weisen /
zuziehen in die Welt / sich in die Frembd zu fügen /
und durch erkandte Städt' auch frembde Sitten pflügen.
Wol! Fahre glücklich fort / durchreise mit Verlangen /
der Weißheit Väter Theil' / als DU hast angefangen.
der Dreygedrette Chor bemüht sich auf zusetzen
Dir den verdienten Krantz / mit völligem Ergötzen.

Dieses wenige wolte seine geliebten Herrn
Bruder und wolerkanten Herrens-Freund
aus schuldiger Schuldigkeit
beyfügen
ANDREAS ZELTNER Altdorffinus.

Schaut unsern Vogel an/
den Sohn der Themissinnen/
der rühmet diß Beginnen
so viel er immer kan/
und heisset Euch hinziehen
wo gute Sitten blühen.
Doch will Er selbst zuvor
mit seinen klugen Schrifften
IHR einen Nahmen stifften/
damit der Musen Chor
mit nimmer müden preisen
belobe seine Reisen.

Wohl Euch! geehrter Freund/
der IHR in Büchern reiset
und öffentlich erweiset
IHR seyd derselben Feind
die nur mit faulen Tagen
die Lebens Zeit vertagen.

Nun könnt IHR rühmlich fort
und mit den Höchsten früchten
auch manche Reiß verrichten
an weit entfernte Ort
und noch in jungen Jahren
so manche Sach erfahren.
Schaut doch wie manche Bluhm
die beiden Musen winden
EUCH einen Krantz zu binden/
so/ so wird EUER Ruhm
in Ewigkeit bestehen
und mit den Sternen gehen.
Fahrt fort mit solchen Fleiß
im Früling EURER Jugend
so wird dann Eure Tugend
den allerhöchsten Preiß
EUCH bringen einst zu wegen
der Himmel gebe Segen!

mit diesen ringfügigen Zeilen wolte das rühmliche Vorhaben deß Herrn Antwortenden/ glückwünschend besingen

Paul/Martin/Alberti/ der Heiligen Schrifft Beflissener.

(III)

SO recht! Mein wehrter Freund / ich lobe Dein Beginnen/
den nimmersatten Fleiß / und unvergnügtes Sinnen:
In dem DU zeigest an / mit dem gelehrten Reisen /
das / was durch solches kan gewüntschten Fortgang weisen/
zuziehen in die Welt / sich in die Frembd zu fügen /
und durch erkandte Städt' auch frembde Sitten pflügen.
Wol! Fahre glücklich fort / durchreise mit Verlangen /
der Weißheit Väter Theil' / als DU hast angefangen.
der Dreygedrittte Chor bemüht sich auf zusetzen
Dir den verdienten Krantz / mit völligem Ergötzen.

Dieses wenige wolte seinen geliebten Herrn Bruder und wolerkanten Hertzens-Freund aus schuldiger Schuldigkeit beyfügen

ANDREAS ZELTNER Altdorffinus.

Schaut unsern Vogel an/
den Sohn der Themiss innen/
der rühmet diß Beginnen
so viel er immer kan/
und heisset Euch hinziehen
wo gute Sitten blühen.
Doch will Er selbst zuvor
mit seinen klugen Schrifften
IHR einen Nahmen stifften/
damit der Musen Chor
mit nimmer müden preisen
belobe seine Reisen.

Wohl Euch! geehrter Freund/
der IHR in Büchern reiset
und öffentlich erweiset
IHR seyd derselben Feind
die nur mit faulen Tagen
die Lebens Zeit vertragen.

Nun könnt IHR rühmlich fort
und mit den Höchsten früchten
auch manche Reiß verrichten
an weit entfernte Ort
und noch in jungen Jahren
so manche Sach erfahren.
Schaut doch wie manche Bluhm
die beiden Musen winden
EUCH einen Krantz zu binden/
so so wird EUER Ruhm
in Ewigkeit bestehen
und mit den Sternen gehen.
Fahrt fort mit solchen Fleiß
im Frühling EURER Jugend
so wird dann Eure Tugend
den allerhöchsten Preiß
EUCH bringen einst zu wegen
der Himmel gebe Segen!

mit diesen ringfügigen Zeilen wolte das
rühmliche Vorhaben
deß Herzu Antwortenden/
glückwünschend besingen

Paul/Martin/Alberti/ der Heiligen
Schrifft Beflissener.

(III)

So recht! Mein wehrter Freund / ich lobe Dein Beginnen/
den nimmersatten Fleiß / und unvergnügtes Sinnen:
In dem DU zeigest an / mit dem gelehrten Reisen /
das / was durch solches kan gewüntschten Fortgang weisen/
zuziehen in die Welt / sich in die Frembd zu fügen /
und durch erkandte Städt' auch frembde Sitten pflügen.
Wol! Fahre glücklich fort / durchreise mit Verlangen /
der Weißheit Väter Theil' / als DU hast angefangen.
der Dreygedrit'te Chor bemüht sich auf zusetzen
Dir den verdienten Krantz / mit völligem Ergötzen.

Dieses wenige wolte seine geliebten Herrn
Bruder und wolerkanten Hertzens-Freund
aus schuldiger Schuldigkeit
beyfügen

Andreas Zeltner Altdorffinus.

Schaut unsern Vogel an/
den Sohn der Themissinnen/
der rühmet diß Beginnen
so viel er immer kan/
und heisset Euch hinziehen
wo gute Sitten blühen.
Doch will Er selbst zuvor
mit seinen klugen Schrifften
IHR einen Nahmen stifften/
damit der Musen Chor
mit nimmer müden preisen
belobe seine Reisen.

Wohl Euch! geehrter Freund/
der IHR in Büchern reiset
und öffentlich erweiset
IHR seyd derselben Feind
die nur mit faulen Tagen
die Lebens Zeit vertagen.

Nun könnt IHR rühmlich fort
und mit den Höchsten früchten
auch manche Reiß verrichten
an weit entfernte Ort
und noch in jungen Jahren
so manche Sach erfahren.
Schaut doch wie manche Bluhm
die beyden Musen winden
EUCH einen Kranz zu binden/
so wird EUER Ruhm
in Ewigkeit bestehen
und mit den Sternen gehen.
Fahrt fort mit solchen Fleiß
im Frühling EURER Jugend
so wird dann Eure Tugend
den allerhöchsten Preiß
EUCH bringen einst zu wegen
der Himmel gebe Segen!

mit diesen eingefügten Zeilen wolte das
rühmliche Vorhaben
deß Herrn Antwortenden/
glückwünschend besingen

Paul/Martin/Alberti/ der Heiligen
Schrifft Beflissener.

(III)

SO recht! Mein wehrter Freund/ ich lobe Dein Beginnen/
den nimmersatten Fleiß/ und unvergnügtes Sinnen:
In dem DU zeigest an/ mit dem gelehrten Reisen/
das/ was durch solches kan gewünschten Fortgang weisen/
zuziehen in die Welt/ sich in die Frembd zu fügen/
und durch erkandte Städt' auch frembde Sitten pflügen.
Wol! Fahre glücklich fort/ durchreise mit Verlangen/
der Weißheit Väter Theil'/ als DU hast angefangen.
der Dreygedrittte Chor bemüht sich auf zusetzen
Dir den verdienten Kranz/ mit völligem Ergötzen.

Dieses wenige wolte seine geliebten Herrn
Bruder und wolerkanten Hertzens-Freund
aus schuldiger Schuldigkeit
beyfügen

ANDREAS ZELTNER Altdorffinus.